

MONUMENTUM
FESTIVITATIS
GLORIOSÆ
SIVE
APPLAUSUS CORDIALIS

In

Viginti Angelicis Conclusionibus
publicè exhibitus,

Dum

REVERENDISSIMUS, ac PERILLUSTRIS
DOMINUS, DOMINUS

JOANNES
JACOBUS.
SCHILLING


Cathedralis Ecclesiæ Labacensis Canonicus, &c.
Ad Communem Populi, & Cleri Consolationem DEO,
Angelis, & Hominibus Comitantibus Jubylæam
Solemniter Celebraret

MISSAM.
â

F. Cælestino â S. Elisabetha Ord. Eremit. Dis-
calc. S.P. Augustini Ss. Theolog. Studente.

Præside.

F. P. FELICE â S. Matre Anna in Conventu,
ad D. Josephum Labaci Ss. Theologiæ Lectore
Ordinario.



MONUMENTUM
ESTIVITATIS
Gloriae
Apparitus cordialis

Miguel Angelic Congregation
Physics & Optics

REVERENDISSIMO & PRESTISSIMO
Dominus dominus


JOANNES
IACOBUS
SCHIFFING

Cyprianus Eusebius Lippmanni
de Commissariis Poboy. & Cuius Commissariis BEG.
Hannibalis Commissariis Jihlavae
Saxamini Cypriani

MISSA

Ecclesiasticis & Ecclesiasticis Of Theology
Apologetice & Theologie

E. B. EICHENBERG. M. A. Thesis in Convocation
of Dr. John Paulus Tropaeo of Theologians Regiole
Odisseio.



REVERENDISSIMO
PERILLUSTRI
CLARISSIMO^{Ac}
DOMINO, DOMINO
JOANNI
JACOBO
SCHILLING

SS. Theologiæ Doctori, Protonotario Aposto-
lico, Civitatis Crainburgensis Parocho: Cathedralis
Ecclesiæ Labacensis Canonico: Nec non Celsissimi,
Ac Reverendissimi Principis Labacensis in
Spiritualibus

VICARIO
GENERALI:
SACERDOTI JUBILATO.
Domino, Domino Patrono Suo Gratioſo.

REVERENDISSIMO

PREFATI

CLEARISSIMO

DOMINO DOMINO

JOANNI

AGOB

SCHILLING

SE THEOLOGIAE DOGMA, PRACTICAE ETIOLOGIA ABOGO.

THEOLOGIA CIVILIS CIVILIBUS PRACTICO: CATHOLICIS

THEOLOGIA PRACTICA CIVILIC: MECENATUM

THEOLOGIA PRACTICA HUICIBUS PRACTICIS IN

SPINOSITATIBUS

VICARIO

GENERATI:

EVOCEDOTTI INTITULATO.

DOMINO DOMINO PRO CIVITATE.

LLVXistI CIVltatI nostræ eXoptatIstMa DlEs! *
ILLVXistI hoDlE honorls, gLorIæqVé eX In-
tegro IrraDIata spLenDore. * aVe proln LVX CaLI-
DIstMI sVsplrlIs qVæsIta; * aVe sis æMonæ De-
CVs, totIVsqVé sVæ gentls eXpeCtatlo : * tV soLa
LVX Vera, qVæ prIMos, & præteritos ILLVstras DlEs; *
qVID ILLI essent, nlsI trlsts fVnestæ noCts tenebræ,
si non In hoDlerno sIJDere reVIXIsent? * & LiCet
eDaX nostrI teMporls gVLa, VnIVersas, qVæ fVère,
horas absorbeat, * sIngLæ taMen reDeVnt: neC per-
eVnt, Vbl se annVs JVbILæVs præsentat. * Longos at-
tlgIsse annos, natVræ VIls est: benè, & sIne Labe VIXIs-
fse, oMnIno gratIæ partVs CenserI Debet: * hInC Cri-
nes CanI, & CoplosI anni sVnt VanI: nI els aCCes-
serIt à VIrtVte, & sClientla pretIVM; * VtI seneCtVs
tVrpe sCeLeratI CapItls opprobriVM: sIC VIrtVosI,
Constans gLorla, & Corona est. * heros non annos,

seD VIctorIas CoMpVtat , & persæpè IVVenIs eX-
pertos senes sVperat. * Vera taMen , & InenarrabILI
gLorla est , DIV VIIXlsc , & VICIsse : * haVD Le-
VIls esse potest , qVI à seneCta , & VlrtVte DiLaV-
DatVr: * pletatl effeCtVs , LaVs , & gLorla: VItII ,
VltVperIVM afferl Debet , * VtrIqVe sVa , ast Dispar
ConVenIt LongeVltas: VnI honorIs , aLterI InfaMIæ. *
qVID IVVat oLerInos ostentare In , & eX Capite
CapILLos , sl faCta , Vel CorDa nlgriCant ? *
ClJgnI sVnt , qVeIs sl aLbICantes tVLerIs pLVMas ,
CroCltantes In Carne VoLVCres apparent. * ea-
propter (sl sCrIptVræ CreDatVr) Deo oDlo est se-
neX fatVVs , & InsensatVs: * seD Vlt , CVIVs sene-
Cta Manet In Vlls JVstIlx , CoronabltVr. * feLIX
proIn , qVI In InnoCentIa perVenIt aD VenerabILI
senIVM : * est enIM In eo asseCVtVs , qVoD natV-
ra , & gratla VLtra non VaLent trlbVere. * qVot
non optant VeneranDæ ætatls CanItleM ConseqVI?
ast persæpè prorsVs sVnt frVstranea Vota , * qVla
raro aD eaM VlrtVtlbVs eLVCtarI VoLVnt. * est
ergo rara In terra aLes , qVe InnoCens à JVVentVtIs
Vere aD hIjeMaLe ætatls frlgVs translret.* Por-

porro tV es rara aLes R^{se}. perILLVstrIs D^{ne}. D^{ne}
JOANNES JACOB^E epI CopI LaBaCensIs In spIrltVaLbVs
VICARIE generaLI^s! * tV soLVs CarnIoLlæ phænIX,
CVI speCiaLI CVM gLorla obtIgt seneCta : * tV
VrbIs LaBaCensIs gLorla, tV gLorla patrlæ, tV gLo-
rla CLerI , rV gLorla CanonICorVM. * ô qVaM In-
gens se eXplicat VIVæ LaVDIs Vbertas ! * qVaLla
DeCora, qVantI Inslgnes tltVLI In Vno hoMIne repe-
rIVntVr ! * est qVID DIVInItatIs In te : IDed oportet,
Vt te natVraLI^s eLoqVentla obſtVpeſCat. * Conſteor,
& ſIC est, In ConſpeCtV tVI eXpaVeſCo, obſtVpeſCo,
obMVteſCo. * qVla taMen hoDle annVs JVbILæVs
presbIjterII tVI eLVCet, * nefas oMnino eſſet taCere, VbI
VnIVersI appLaVDentes LoqVVntVr. * ItaqVe Lo-
qVar, & ego, etIaMsI VoX aLtè faVCibVs hærere De-
beret : * qVla Verd fe aperVlt prop̄e InflnIta fanDI
Copla, VnDe eXorDiar, nesClo. * sClo , qVID In
tanto rerVM LabIJrlatho flerI oporteat, seqVar popV-
LI Vota : Verbo , * & CorDe tlbl appLaVDens ,
qVoD presbIjterII JVbILæo fVperſtes VIVas. * gra-
tVLor proln tlbl RD^{se} DI^{ne} eX totIs VirlbVs De

tVa felICitate: * gratVLor De gaVDlo, & soLatlo,
qVo hoDle VIscera tVa perfVsa sVnt: * gratVLor
De generaLI CarnIoLlæ ConsoLatlone, qVæ tlbl gaV-
Dens aCCantat, VIVat JOANNES JaCobVs! * qVoD
& ego Llbenter Intono: VIVat JOANNES JaCobVs MIJ-
stes JVbILATVs! * en! qVlsqVe statVs tlbl JaM Con-
gratVLatVr LætabVnDVs: * nobILls, aC IgnobILls,
paVper, atqVe DIVes, IntVs, forlsqVe trIVMphant: *
præ CVnCtIs VenerabILls CLerVs, slgnatè LabaCen-
sIs tlbl proCIDit gratVLabVnDVs. * hI oMnes Vnà
optant, Vt DIs Iste JVbILæVs effet LonglorIs Vltæ
sCatVrlgo, * qVâ noMinI tVo perennIs, & relpVb-
LICæ InDesInenter VIVeres gLorIosVs. * sanè, & plè
tbl hoDle oMnes, & sIngVLI VnlVersaLLi Voto xVI-
ternos appreCantVr annos: * qVI eLaplos peCVLLari
eXeMpLo, & IneXpeCtata gLola transeglltl, transaG-
tos CohonestastI, & CoronastI. * si ætas seneCtVtl
(prætenDente eXpertissMo eX slon FILlo) est Vltæ
slné Labe: * sIC In tVo qVInqVagesMo anno DVæ
eX asse perfeCtæ sVnt ætates: * proIn DVpLeX ho-
Dle JVbILæVs, saCerDotil, & pletatl proponltVr. *

erra VI: Longè prius pletatis JVbILæVs saCerDotIVM
præVIlt: * qVla priusqVaM Deo offerebas saCrlfICla,
In sVperos plVs fVIstI. * tVa pVerItla oMnlbVs VI.
DebatVr proVeCta seneCtVs: * & faCILLIMè VI.
Dere poterant, qVantVs Vlr fVtVrVs esse; * VVL.
tVs graVitas, MoDestla, & eX oCVLls pletas * re.
præsentabant AngeLVM: neqVe agebas, qVoD LeVI.
ter ContraVenisset VIrtVtl. * qVoD reVerà, & In re
Ita slt, CoæVI tVI ConCorDI testifICatl sVnt CaL.
CVLo. * nVnC Verò reCtè JVDICate, qVls qVls
hæC foLIA LeCtItabl, JVDICatè: * & eDICite: nVn.
qVID non est JaCoVs In CanesCente seneCta Ar.
ChangeLVs, sl In tenera pVerItla erat AngeLVs? *
Ita est: qVla nVnC IntegrItate, & sapientla eXCeL.
Lit, ArChangeLI tlTVLo ConDeCoranDVs est. * hIC
se panDlt InenaVlgabIle LaVDls peLagVs, à qVo Cl.
CeronIs eLoqVentla præfoCetVr, neCesse est: * qVoD
ego pro nVnC, ne In eXpanso aLto absorbear orator, Ve.
Lls, remsqVe fVglo: * soLVM In LItore stabo, aG à
Longè aLlqVot pretiosos Vnlones; qVos sanCtItatIs
ConCha enIXa est plfCabor. * & eCCe! VIX retla Je.

Cl, & Larga VIrtVtVM ConChIJLia Cœpl. * EXVberat pletas, prVDentla, hVMILItasqVé eLVCent: * fVLget pVDIClta, nltet eXIMla sobrletas, atqVe sIne Labe VIta. * pIVs es rDIſſe Dnē! qVla eXaCtē CVras, qVæ Del sVnt. * Cor, qVo In sVperos eXarDes, est IgnIta IntegrItatl LaMpas plo ferVorIs oLeo nVtrita, * hVJVs LVX arDens penetrat qVasqVe Carnlo-LIæ rIMas, * ILLVſtratqVé oMnes, qVI aD te VnI-Versè ConfVglVnt. * tVæ ManVs parent esse CoLoſſI, qVels honos In sVperos, & ECCLeſIæ saLVs sVC-CoLatVr. * profeCtō non sIC ApoLLō à sagItta: herCVLes à CLaVa: neptVnVs à fVsClna obarMatVs fVlt, * sICVt tV à pletate DefensVs es: est Verd tlbl eXtraDlta sagItta non apollInls, seD Jonathæ: * ne-qVe CLaVa herCVLIls, seD JaCobl: neqVe fVsClna neptVnl, seD Joabl: est porr̄d tlbl ConCessa. * sagItta, qVa oMnes protegeres: CLaVa, qVa abIgeres: fVsClna, qVa Corrlgeres: protegeres plos, & InnoCentes, abIgeres LVpos, Corrlgeres refractarlos. * De haC tVa pletate fVsè Cantant VIDVæ, paVperesqVe StVDlosI, * qVos abVnDè patrls Instar Coploſo aVro, aLIIsqVe

aLlisqVē profVsIs eLeMosJnls sVstentas. * te LaV.
Dat DepaVperata nobilitas, qVæ à te persæpè, ne
Inops è statV eXCIDeret, roborat Vr. * te exAltant EC-
CLeslæ, neC non MVLtæ sVperIs exTrVCtæ basLLi-
Cæ, * qVas VeL fVnDltVs ereXlsl, aVt saLteM ereC-
tas reparastl. * QVID est tVVs erga reLlglosos benè
affeCtVs anIMVs? VeL tot profVsā: * In reLlglosos
ConVentVs Dona, qVāM VIVa, Vera & pletatIs pLe-
na Insignia? * eapropter & eCCLesla nostra tlbl pro-
aCCeptIs tot, & tantIs benefIClIs perpetVd exofCVLa-
bltVr ManVs. * totVs qVoqVe, & paVper CapVCIno-
rVM orDo, In te InVenIt, * parreM, qVI ei orDlnarle
frangIs panes, & aLlqVotIs bonVs fVeras CapltVLI
patronVs. * QVID ILLa pla nVper apVD Patres Socle-
tatIs JesV posita fVnDatIo? Vbi * LVbens aLlqVot
MILLia ærls, & argentl In æVlternos VsVs DeposVI-
fl: * Vt neo PresblJterl Ignatiana per oCtIDVVM eX-
erCltla sVblrent, * præparentqVē anIMas sVas, &
Ita In splrltV eXpVrgatl Deo grata offerent SaCrlfl-
Cl. * qVID qVæso tot restaVratæ parceClæ, aVcta
benefICla, neC non reCenter æDlfICatI VICarlatVs? *

qVID sVnt IsthæC, nlsI fLagrantIſIMVs zeLosæ VItæ,
pletatIſqVé ferVor? * qVô DEVs gLorIſICatVr, & pro-
XIMI ſaLVs propagatVr. * Ineft tlbl Constans, & per-
petVa VoLVntas DIVIna propaganDI, & InVloLata
ferVanDI. * qVotles pro erlgenDIſ fVnCtIonlbVs ,
aLlIſqVe foLeMnItatlbVs rogaVr, * totles orationI ,
ſl Del honos, & popVLI ſaLVs eXlgVnt, proMptè
ſVbsCrlbls: * & Inlbl totVs eX CorDe Lætarls, Vbf
VIDes DIVIna zeLarl: * è ConVero eXtreMè triſtarls,
Vbf DeVotIones, ſaCraqVé profanantVr. * Vt Verò
eXeMpLo VnlVersos poſt, & aD te trahas, In pVbLI-
Clſ * ProCefſionlbVs, DeVotlonlbVsqVé Mira pleta-
te Interesse ConsVeVIſtI: * & qVaMVls à SeneCtVte
eXtenVa tæVIres DefIClant, * hoC non obſtante Caſſls
VIrlbVs fVperIor anlMVſ ſIJDera glganteo paſſV qVæ-
rlt. * propè IneXpLICabILLIs eſt tVa DeVotlo, anlMI-
qVé In fVperos propenslo: * aC LIcet æſtVet IneX-
tIngVlblLIs erga oMnes CœLeſtIs aVLæ PrInClpes af-
feCtVs: * Vna taMen tlbl piaCæterls DeIgenlrlX
VIrgo flxa eſt peCtorl, * pro CVJVſ gLorla, & ho-
nore pagInas ILLas, VIa CæLI CoMpLanata nVnCV-

patas Integrè foLVitl. * qVls negare VaLeat, Cor
tVVM esse ALtare, In qVo Ignls Pletatl sIne InterrVp-
tione arDet? * aVt qVls DestrVet, & eXtngVet hanG.
In sVperos CharlataM? * non præsens Vlta, neqVe
Dlra Mors, neqVe InfernVs Ipse te separabIt à Charl-
tate, qVæ est In Chrlsto JEsV; * non Mors: qVla apVD
te statVltl, bona tVa In saCros VsVs ConVertere; *
Vt qVanDo AnlMa tVa eX terrIs In CœLos fVerlt sVb-
Lata, * posteà In tot Coplosè exHibltls benefClts
MVnDo VIVas sVperstes. *
pletatl, & probatl tVæ JVngItVr eXCeLLentIls-
Ma prVDentla, * hls eXtreMls stat tVa feLICltas: &
InDe totlVs bonI orlgInatVr seqVeLa. * sl VlrtVs,
aC sClientla præMlsæ sVnt, VtlqVé pro feLICltate
ConCLVslo Certa est? * hæ In JVVentVte prælVe-
rVnt: InDe non poterat In seneCta negari oMnl s bonI
ConseqVentla. * InteLLcCtVs tVVs est propria genVI-
nz saplentlæ, prVDentlx, & erVDltonls SeDes. * nl-
hIL est In stVDIls DiffICILe, qVoD prlVs non esses
eXpertVs: * nlhIL In sCholls Ita sVbtILè: nlhIL
In pVLpltl sIngLarc, qVoD erVDlte non penetrâ-
l

ses, aC praCtICâsses. * Vasta In te Corporis Vtrius-
qve JVrls notitia In CoMPenDio habet Vr: * graVlo-
ra theosophiCa DVbla eX teMpoRE eXpLanata resol-
VIls, * QVa propter tVa LitteratVra fVlt per VsII sVpre-
Mâ LaVreâ DeCorata. * haVD pro sapiente habet Vt,
qVI slbi sapit Vnl, & optIMo sapientiae frVCtV. Caret
agenDI faCILlitate, petItIsslMâ eXperlentia, qVæ so-
Lent VsVVenre. * slbi sapiens Ingens thesaVRVs est, at
reConDltVs: pretiosVM In VIls GerlbVs terræ * aVtVM:
qVla per Labores non transIlit, ferè nllhIL proDest: / &
eô pLVrls VaLet fVsl ærls portio: * Ita prorsVs, sa-
plens eX eo neqVa qVaM proDest, si soLo CogItatV,
rarò Verò opere Laborat * JaM Verò r̄se DIcne, Ut
tbl totVs essem sapiens, Veros sapientiae frVCtVs feCl-
stI, * & Vt hoC vaVrl pretiVM prosit, per sVDores eg-
regle eXerCetVr: * nosti enIM, gratls horas ab eo terI
aD pVLpta, qVI, qVæ sapit, non eXerCet per trlbV-
naLta. * nosti relpVbLICæ CorpVs oCVlos, sIMVL.
qve LaCertos eXposCere, * Vt posset InteLLecTVs
eXperiMento reCte CognosCere, aC Cognita eXeqVI. *
InDe eXerCitationIs, & LaborIs proDIgVs, totalIter

Chri-

Christianæ relpVLICæ LaCertos sVbleCISI: * & so.
LVs In æqVItate, & erVDltlone taLLa portas onera,
qVæ aLII pLVrlMI sVportare non poterant, * In pro-
blitate, & JVstItla CVIqVe JVs sVVM DICIs; * etsI
per Longos, & DIVtVrnos annos In Consistorio pro-
trlbVnaLI seDerls JVDeX, * neqVe taMen aVt VnlCa
VICe In Vla JVstItla offenDIStI. * CasVs Lltlglosos
Ita resoLVls, Vt qVI non penetrant, VIDere possInt
VerltaM. * tVa InCLIJta pennæ pLVrlbVs eXterls
est non tenVI aDMIrationI, * & eX saplentIlsIMo
ConCeptV proferVnt, qVantVs Vlr esse Debeas: *
Verbô InteLLecCtVs tVVs est Integra blbLlotheCa,
& faMosa praXls ECClesIstICæ HIstorla, * à qVa sl
qVls non VVLt DeCLInare, aD te properet, te aV-
Dlat, & seqVatVr. * Merltò IgltVr pro te (qVoD
tbl perpetVo honorI est) sæplVs CertaVerVnt prIn-
Clpes: * PopVLI, aC aLlenæ DlœCes, peCVLIarl-
ter DVo saCratl præsVLes te è patrla nostra qVasl ra-
pere Conatl sVnt. * QVare? nisl, qVla sClebant, sV-
as DlœCes tantl Vrl pletate, saplentla, & prVDen-
tla roboranDas posse stare æternItatl. * Prætereà tres

RD^{is} I p^{ri}ncipes LabaCenses, Vt se In Vi^{ta}, & CVn-
cta sVa bona tVæ InViLoLatæ ProbltatI ConCreDe-
bant: * sIC cXangVes te ConflitVere, Vt esse
æqVVs testaMentl arbiter, & Defensor. *

Prætero ReVetenDl^{se} Dl^{ne} reLlqVas Vi^{rt}Vtes,
& qVasI InflnIta gLorlæ tVæ DeCora. * Prætero, ne
serena, sIngLarlsqVe VVLtVs tVI MoDestla erV-
besCat: * ego Verò à tanta gLorlæ EXCeLLentla
ConfVsVs In flne orationIs eLIngVls ContICesCaM. *
In hViVs ConsIDeratione rVptō orationIs fILô tibi
eXtreMè gratVLor, * qVoD Vi^{rt}Vts, & gLorlæ ab-
VnDans VeneranDæ seneCtæ annos saLVtaVerIs. *
gratVLor, qVoD plEtatlæ, & saplentlæ aLls foLenne
presbIjterII tVI JVBiLÆVM attlgerIs. * DeVs præbe-
at, Vt pro honore noMlnIs sVI, ChristIanItaIs VtI.
Litatem pLVres sVperates annos: * pōst Vi^{rt}Vte, gLo-
rlæ, saplentlæ, aonIs pLenVs, gLorlæ, aC Coronæ
CœlestI MatViVs reqVlesCas In paCe. * nxC tI-
bI CLerVs, hxC tIbI popVLVs eX CorDe De-
serVnt, aC appreCantVr. * nxC Vbi & ego opto,

te rogo R^{ex} D^r, vt nos CLientes: neC non
tbl sacras ConCLVsiones In sInV tVo foVe-
re DignarerIs.

SIC sInCerè IntenDIt, & optat
pater reLIX à S. Anna AVgV-
stInlanVs DisCaLCea-
tVs, Ss. TheoLogiæ
LeCtor. *



CONCLUSIONES PROPUGNANDÆ.

1. **G**angeli non possunt de absoluta DEI potentia multiplicari intra eandem speciem. 2. Quibus ratio formalis essendi in Loco connaturali non est ipsorum substantia: 3. Sed operatio Virtualiter transiens. 4. Ratio verò ipsis essendi in Loco Violento, & præternaturali est Passio. 5. Possunt esse in pluribus Locis inadæquatis inter se distantibus intra sphæram tamen activitatis contentis, absque eo, quod existant in medio: 6. Non possunt tamen plures simul existere in eodem Loco formali. 7. Neque potest unus Angelus esse in alio, aut in Anima rationali tanquam in Loco. 8. Moventur Localiter tam motu per se, quam motu per accidens. 9. Item moventur motu continuo. 10. Et discreto. 11. Ita, quod moti discretè non pertransiant medium. 12. Nequeunt motu continuo, aut discreto moveri in instanti per correspondentiam ad nostrum tempus. 13. Angelus cognoscit se ipsum per suam Essentiam, ut habet rationem speciei intelligibilis: 14. Indiget tamen in sui cognitione specie expressa, sive verbo mentis, tanquam termino productò illius cognitionis. 15. Angeli inferiores comprehendunt superiores. 16. Non cognoscunt secreta cordium. 17. Fuerunt ab initio suæ creationis Beati Beatitudine naturali. 18. Constituti in statu viæ nunquam viderunt divinam Essentiam etiam visione transeunti. 19. Non potuerunt peccare in primo instanti creationis sue. 20. Cruciantur ab igne inferni per modum alligationis, & detentionis Violentæ.

E

QUÆ.

QUÆSTIUNCULÆ COLLECTANEÆ.
TRACTATU
De
A N G E L I S.

Quæstio I.

An Angelī præcesserint Creationem
Cœli, & Terræ.

A Junt quidam, necessariò dicendum, priùs Angelos extitisse, quām cœlum & terram. Si enim Angelī (inquiunt) non extabant, quomodo Deus omnium laudabatur? verūn qui hoc dicunt, non animadvertisunt, quod hoc sermone Angelos carere principio astruunt. Nam si Deus omnium laudatoribus indigebat, & hos semper habebat laudatores, coæterni igitur erant Angelī cum Deo omnium. Sed non indiget Dominus Deus laudatoribus, quippe, qui naturā nullius indiget: sed sola bonitate ductus, Angelis, & Archangelis & universæ creaturæ largitus est, ut esset. Alij dicunt: si Angelī non præcessissent creationem cœli, & terræ, Moyse describens creationem hujus universi utique Angelorum meminisset? sed quia nullam de illis mentionem fecit, inferre licet, Angelos non fuisse cum mundo corporeo creatos. Præterea non esse credendum, Deum tot sœculis ante creationem mundi mansisse otiosum: sed afferendum, illum bonitatem suam spiritualibus creaturis communicasse, antequam corporeas produceret. Sed quis neget Moysem, dum describeret creationem mundi non meminisse Angelorum? dicit enim: In principio creavit Deus cœlum & terram: utique nomine cœli comprehenduntur Angelī ut contentum in continente?

Idem

Idem alibi dicit Genes. 2. *igitur perfecti sunt cœli, & omnis ornatus eorum.* Profecto non solum astra, & stellæ, sed etiam Angeli ornant cœlum. Neque ex hoc, quod ante mundum corporeum Deus non creaverit Angelos, mansit otiosus: quia ab æterno Deus operatur ad intra per actus cognitionis, & amoris producendo Verbum, & Spiritum Sanctum. Sed si Angeli præcesserunt mundi creationem, quo ministerio fungebantur Angeli? cum nullus esset, qui indigeret aut adjuvaretur eorum operâ? siquidem si ministerium hominum Deo omnium subesse dicuntur; dicente Apostolo: *Nonne omnes sunt administratorij Spiritus in Ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* opponunt aliqui illud Job 38. quando creabam astra, laudabant me Angeli mei. Sed non advertunt die quarta unâ cum sole & luna Deum omnium astra produxisse. Dico ergo eum S. P. Augustino Lib. II. cap. 9. de civitate Dei: Angelos non præcessisse creationem cœli & terræ, sed prima die fuisse creatos, quandodixit Deus: *Fiat lux, & facta est lux;* ubi nomine lucis non venit lux sensibilis, sed spiritualis, & Angelica. Adeoque per istam lucem primo die productam aliud nihil, præterquam quod ad Angelicas virtutes pertinet, accipi debeat. Quod vero primo die non fuerit lux sensibilis producta, colligitur, eo quod lux sensibilis videlicet luminaria, & astra dividentia diem, & noctem fuerint die quarta creata. Unde in Concilio Lateranensi cap. firmiter, asseritur: Deum simul ab initio temporis utramque de nihilo condidisse creaturam, spiritualem & corpoream, Angelicam & mundanam.

Quæstio II.

An Lucifer & reliqui Angeli sint creati in Cœlo Empyreo?

Varia sunt circa hoc Sanctorum Placita. S. Damasenus

nus l. 2. de fide cap. 4. Censet; superbum hunc Draconem
creatum in aëre, & rebus terrestribus præpositum superio-
ra ambientem dixisse: in cœlum descendam. Similiter
Hieronymus censet, Luciferum conditum in firmamento.
Suarez lib. 1. de Angelis cap 4. putat Angelos in Cœlo syde-
reo conditos fuisse: Primo, quia sicut homo non fuit crea-
tus in Paradiſo terrestri: ita non conveniebat Angelos crea-
ti in loco beatitudinis, qui est Paradiſus supernaturalis. Præ-
terea expediebat, ut cœlum, utpote Patria, & thronus
Dei nullo unquam peccato macularetur. Tenendum ta-
men est, Luciferum & reliquos Angelos fuisse in cœlo Em-
pyreo creatos: partim quia hic locus est convenientissimus
naturæ & conditioni angelicæ: cœlum enim Empyreum est
locus inter omnia loca corporalia nobilissimus, unde maxi-
mè decet substantias nobilissimas: est etiam aptissimus
contemplationi Angelorum, quæ est propria operatio na-
turæ intellec[t]ualis perfectissimæ. Præterea Angeli præsi-
dent omni creaturæ corporeæ, si non ad nutum, saltem ad
motum; ideoque oportet, ut sint creati in loco supremo,
qui est cœlum Empyreum. Concilium Lateranense supe-
rius citatum quoque suffragatur: *Deus ab initio temporis ut-
ramque simul condidit naturam, spiritualem & corpoream,
Angelicam & mundanam.* Sed primo die creationis non fuit
creatum cœlum Sydereum sed tantum Empyreum, ergo
Angeli non fuerunt creati in Sydere, sed in cœlo Empyreo.
Jam vero ex illo *in cœlum descendam* non bene deducitur,
Angelos alibi, quam in cœlo Empyreo fuisse creatos: Nam
per cœlum (quod Lucifer descendere volebat) non debet
intelligi cœlum corporeum, sed cœlum, id est Majestas SSS.
Trinitatis, quam superbè descendere volebat. Quod vero
homo fuit extra Paradiſum conditus, ratio est, quia hic lo-
cus fuit congruus habitationi humanæ ratione incorruptionis

nis primi status, quia incorruptio non competebat humanæ naturæ per se, & ratione sui, sed ex dono supernaturali: unde debebat extra paradisum condi, & post intra illud collovari: cœlum autem Empyreum (*ex D. Thom. infra quæst. 102. art. 4. in respons. 1.* est locus congruus Angelis, quantum ad earum naturam, & idem ibi sunt creati. Patet nullum esse inconveniens ibi fuisse Angelos creatos: nec per peccatum eorum sedes beatorum fuit maculata, quia cœlum Empyreum per peccatum spirituale, quale fuit Angelorum, non coinquinatur: insuper nihil turpidinis advenit Paradiso terrestri, cum post peccatum ibi amplius non invenerunt locum, sed detrusi sunt in infernum.

Quæstio III.

An numerus Angelorum excedat numerum Rerum creatarum, & Animarum?

ALiquorum opinio negat numerum Angelorum exceedere numerum rerum creatarum: inter quos non nulli valde paucos ponebant Angelos. *Aristot. 12. Metaphys. cap. 10.* admittit quadraginta septem juxta numerum motuum cœlestium. Sacra Scriptura *Tobiae 2. & Apocalypsis 1.* asserit septem esse Angelos, qui adstant coram Domino. Certum est, eum esse majorem, quam hominum, & colligitur ex illa parabola, ubi homo habens centum oves dimisit nonaginta novem, abiit quæsitum centesimam, & inventam humeris reportat *Mattb. 18. Lucæ 15.* per quod significatur eam esse rationem multitudinis hominum, ad Angelorum numerum, quæ est unius ad nonaginta novem: nam ovis unica, est natura humana, Angeli vero reliquæ. Licet ergo stupendus sit Angelorum numerus, non tamen tantus est, quod numerum omnium individuorum excederet, ut aliqui cum Lyrano existimant. Revera vix credibile est, eos plures esse omnibus arenis maris, culicibus, folijs arborum,

guttis aquarum, &c. & quamvis absolutè plures esse possint, cùm omnipotentia Divina sit virtutis simpliciter infinitæ potens ex nihilo producere semper plures, & plures in infinitum, tamen videtur conveniens sapientiæ, & providentiæ divinæ, quæ spiritualia produxit in numero & mensura proportionatè ad numerum rerum creatarum.

Dico ergo Numerum Angelorum excedere multitudinem & numerum specierum materialium, & Animarum, ita *D. Thom. quæst. 6. de potentia. art. 6.* Nam quantò aliqua sunt magis perfecta tantò in majori excessu creata sunt, sive secundum magnitudinem in ipsis, quæ molem habent, sive secundum multitudinem in ipsis, quæ mole carent. Videmus, quod corpora incorruptibilia, quæ perfectiora sunt cæteris omnibus propter incorruptionem suam, nimirum cœlestia incomparabiliter excedunt magnitudinem omnium corruptibilium, ita ut tota sphæra elementaris nempe activorum, & passivorum, notabilem quantitatem in comparatione sphærarum cœlestium non habeat, sed modicum quid videatur: ergo & substantiæ immateriales totam materialium multitudinem excedere debent: non quidem individuorum ad universi perfectionem indirectè pertinentium, sed specierum, quæ ad illam directè spectant, vel etiam individuorum, quæ ad eandem per se propter debitam sibi perpetuitatem ordinantur. Neque obstat instantia, quæ fieri posset de auro, argento, lapidibusque pretiosis &c. quæ quidem sunt alijs corporibus nobiliora secundum gradum specificum: inde non debent alia excedere magnitudine & multitudine. ad Aristot. respondetur, eum locutum fuisse secundum suum lumen rationis unde sumptum, non verò regulatum lumine fidei, quæ nobis intelligentem Angelorum multitudinem insinuat: & licet in locis ci-tatis fiat mentio tantum de leptem Angelis: quia tamen ibi loquitur Scriptura de Angelis primarijs, qui assistunt coram

Deo

Deo, quibus commissa est gubernatio totius terræ; qui que parati stant ad omne imperium Dei vel per se vel per alios exequendum: sic manet, numerum Angelorum excedere numerum specierum creatarum, & Animarum.

Quæstio IV.

An Nomina Angelorum sint plura, quam tria?

Angeli ex se non habent Nomina, cùm se invicem videant, & colloquantur facie ad faciem, sed illa sortiuntur ratione ministerij, quod apud homines obeunt. Sic Angelus pro hominibus cum Dracone pugnans dicitur Michaël, id est, *quis ut Deus?* Ille verò Angelus, qui Tobiae ter sit cæxitatem, dicitur Raphaël, id est, *curatio Dei.* Et sic de cæteris. Videtur non esse plura Nomina, quam tria: nam Concilium Romanum iub Zacharia, ut refert Surius mense Junio pag: 494. non agnoscit nisi tria nomina Angelorum, qui sunt Michaël, Gabriel, Raphaël: reliqua peregrina nomina potius nomina Dæmonum, quam Angelorum profite tur. Sed facile respondetur: concilia hæc tria assumere ex di vina scriptura ut publicè celebranda & invocanda: alia ta men Angelorum Nomina non damnare: nisi sint ab Hæreticis conficta, qualia erant, de quibus ibi agit Concilium. Sunt ergò plura Nomina Angelorum, quam tria: qualia sunt Uriel, qui interpretatur *ignis aut lux Dei.* Jeremiel, id est *Magnitudo Dei.*

Quæstio V.

An Michaël sit Maximus omnium Angelorum?

Videtur pro negativa standum esse: nam Ecclesia, & Apostolus Judas in sua Epistola eum vocat Archangelum, ergo est solum Princeps Archangelorum. Alij dicunt, ut S. Thomas; pt. q. 113. art. 3. Eum esse primum in ordine Principatum, qui Regnis præsunt, proinde Michaëlem esse

esse Principem ultimæ Hierachiæ: Dico tamen valde probabili-
ter ipsum tum naturæ tum gratiæ, & gloriæ dignate esse
maximum omnium Angelorum. In Apocalypsi dicitur Mi-
chaël pugnasse cum Lucifero; sicut ergo Lucifer Dæmo-
num, sic Michaël primus Angelorum centri debet, proin-
de inter Seraphinos reputandus. Secundò Ecclesia eum vo-
citat Primatem cœlestis Exercitus, Præpositum Paradisi,
atque ejus Nomine festum omnium Angelorum colit. Un-
de Basilius hom. de Aug. *o Michaeli Duci supernorum civium,*
qui dignitate & honore Prælatus es cæteris omnibus Spiritibus
supermis, tibi inquam supplico. & Pantaleon Diaconus *apud*
Lipom. in Hom: de S. Michaële afferit, quod primum lo-
cum obtineat inter mille millia, & decies mille Myriades An-
gelorum & proximè, ac citra ullum stuporem.

Quæstio VI.

An Angeli loquantur, & quali lingua?

Angelos habere aliquam certam linguam videtur insin-
vare Apoitolus, quandō dicit: *si linguis hominum lo-*
quar & Angelorum. Angelorum linguam, aliqui Hebræam
accipiunt, qua Deus, Angeli & Adam ad invicem locuti
sunt in Paradiſo. Sic inferunt ex D. Paulo omnes linguas esse
cassandas in cœlo, una solū remanebit, eāmque fore He-
bræam. Unde in Apocalypsi græcè scripta dicitur, quod
Sancti in cœlo canent Hebraicè *Amen, Alleluja,* Inde puta-
bant Angelos loqui ut homines, non tantum per species An-
gelo impresas, sed etiam per signa spiritualia illis in creatio-
ne indita, sicut Adæ indita fuit lingua Hebræa. Hinc Fran-
ciscus Albentinus *lib. corall. Theol. corall. II.* afferit, quem-
quam Angelum habere propriam linguam à cuiusvis alteri-
us Angeli lingua distinctam. Respondetur tamen Angelos
non habere linguam sibi in creatione inditam: alijs Ange-
lus hæc signa uni monstrans, alios celare non posset. Nihil
enim

enim naturale celare possunt, sed tantum id, quod liberum est, haec autem signa naturalia essent eis cum natura indita.

Quando autem Apostolus mentionem facit de linguis Angelorum, intelligendus est Paulus per Hyperboleum, & ex Hypothesi fuisse locutus, maximè emphaseos causa, si essent linguae Angelorum. Sic vulgo dicimus: *divinè loquitur*, id est sapienter loquitur, quia Deus sapientissimus est, *facies Angelica*, id est pulcherrima, quia Angeli sunt ex se pulcherrimi. Linguae ergo Angelorum non sunt sensibiles, ut vult Cajetanus, sed intelligibiles: nimirum haec linguae sunt ipsi conceptus Angeli ad alium directi, quatenus volunt, utilis innotescant; tunc enim ex ordinatione divina sit objectum proportionatum, & ponitur intra sphæram cognitionis, sitque intelligibile illi, cui volunt loqui, & non alteri.

Quæstio VII.

An Animæ in purgatorio habeant suum Angelum Custodem?

VIdetur, quod sic: nam *Lucæ* 16. dicitur, animam Lazari fuisse ab Angelis in sinum Abrahæ deportatam: & Ss. Patres passim dicunt, præcipue Gregorius *in dialogo ad esse animabus, eas in Paradisum inferre & consolari*. Sed Theologicè loquendo dicendum est, Angelos Custodes non esse animabus in purgatorio à Deo assignatos: Angeli enim illis solum deputantur, qui possunt promoveri in bonum, & impediri à malo. Quia igitur animæ purgantes in eo statuunt, ut à fine amplius deficere non possint tanquam de sua beatitudine sectaræ: nec proficere ad illum sibi amplius comparandum tanquam omnis meriti incapaces, cùm sint in termino hujus vitæ, cui correspondet meritum, aut demeritum, ac proinde dici non debet, illis esse Angelos Custodes deputatos. Nec destruit argumentum, quod Beata

G

Vir.

Virgo (quamvis fuerit in gratia confirmata, de sua beatitudine certificata) habuerit suum Angelum Custodem, quia licet illa non poterat à fine deficere, poterat tamen ad finem proficere. Supradictæ autem Custodiæ animæ Lazari, alijsque exhibitanæ ad aliam custodiæ rationem pertinent impro priè & largè dictam, quia illis ex quadam congruitate, nobis autem ex necessitate adfunt, ut nos ad bonum promoveant, quod omittere aut amittere possumus: vel à malo retrahant, cui obnoxij sumus.

Quæstio VIII.

An pueri in utero materno inclusi habeant proprium vel maternum Angelum Custodem?

VIdetur quod habeant proprium: nam Hieronymus lib. 3. in Matthæum 18 v 19. sic loquitur: magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu suæ Nativitatis in sui custodiam Angelum delegatum: sed pueri in utero materno inclusi, verè suum ortum & nativitatem obtinuerunt: quia de Christo in materno, & virgineo utero existente dixerat Angelus Matth. i. *quod in ea natum est*, ergo habent suum proprium Angelum Custodem. Sed contrarium amplector dicens: pueros in utero materno inclusos non habere proprium, sed maternum Angelum Custodem. Ratio est, quia tales non sunt à Matre separati, sed propter naturalem colligationem, quæ intercedit, sunt aliquid Matris, sicut fructus pendens ex arbore est aliquid arboris, & id est valde probabiliter dicitur, quod idem Angelus, qui est Custos Matris, custodiat prolem in Matris utero existentem. D. Hieronymus verò intelligit ortum & Nativitatem simpliciter talem, quæ est ex utero, non verò in utero, quæ impropriè nomine Nativitatis designatur.

Quæ-

Quæstio IX.

*An Christus ut homo habuerit suum Angelum
Custodem?*

Affirmativæ videtur favere Historia Evangelica, ubi ad Christum in deserto jejunantem accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Item alibi dicitur psal. 90. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te, quod Tentator Christo propo-
suit, tanquam de se ipso dictum. Insuper Luke 22. v 43. Scimus, Angelum confortasse Christum in passione. Atta-
men negativa est vera: Christus enim erat Angelis superior, secundò erat comprehensor, & ejusdem humanitas erat uni-
ta Verbo, sic erat conjunctus infallibili Regulæ rectitudinis, ob quod non poterat in aliquo deficere: ultra custodia im-
portat, aut saltem præsupponit indigentiam aut defectum in subiecto, in Christo autem, utpote Deo, non poterat esse ali-
qua indigentia, aut defectus, ergo non indigebat aliquo An-
gelo custode. Unde ad supra dicta dicendum, Ministerium, confortatio, & similia fuisse Christo exhibita ab Angelis non quasi custodiendo, aut aliquid imprimendo in ipsum, sed re-
verendo, & congratulando ejus fortitudini: nec Christum Angelus ex indigentia confortavit, sed ex convenientia. Ille verò textus psal. 90. false fuit à Diabolo assumptus pro Chri-
sto, sed intelligendus est de justis, de quibus mandavit, ut An-
geli custodiant eos. Unde S. P. Aug. in psal. 56. misit de cælo & liberavit me; quid misit de cælo? quem misit? Angelum misit, ut salvum facheret Christum, & per servum salvus fit Do-
minus? omnes enim Angeli creatura serviens Christo est, ad obsequium mitti potuerunt Angeli, ad servitium mitti potue-
runt, non ad adjutorium, sicut scriptum est, quod Angeli mini-
strabant ei, non tanquam misericordes indigenti, sed tanquam subiecti omnipotenti, &c.

Quæstio X.

An Antichristus suum habiturus sit Angelum Custodem.

FRustranea videtur Custodia Antichristi; quia ad bonum non convertetur, & quid ei prodeisset Angelus Custos, si vivus in faucibus orci erit? si Christus non habuit Angelum Custodem, quia summè & intimè erat divinitati conjunctus, ob contrariam rationem, quia Antichristus longissimè erit à divinitate propter enormitatem peccatorum suorum aversus, carebit eodem custode, contrariorum videtur esse eadem ratio, & natura.

Respond. Antichristum suum habiturum Angelum custodem; nam lex communis propter unum mutari non debet, sunt autem Angeli ex infima Hierarchia potissimum Deo ordinariè creati in ministerium hominum: & idè beneficia toti humanæ naturæ provisa non debent illi uni præter communem usum subtrahi. Et licet Antichristus non sit ad bonum convertendus, per Angelum tamen Custodem à multis malis retrahetur; quod verò per peccatum futurus sit summè aversus à Deo, & regendus sit spiritu Diaboli, solum probat, Angelum Custodem habiturum aliquem exiguum esse. Etum, non verò quod custodia Angeli sit ipsi neganda. Nonne etiam quisque obstinatus peccatorest aversus à Deo, & tamen ipsi non negas Angelum Custodem? ergo ob idem Antichristo non est negandus Angelus Custos. Christus erat conjunctus divinitati physicè & moraliter, inde non indigebat adjutorio alieno: peccator, qualis est Antichristus, solum est aversus à Deo moraliter: & inde hoc ipsum, quod asseris, urget fortius Antichristo Angelum Custodem esse concedendum, quo mediante redire posset ad practicam divinitatis cognitionem.

Quæ-

Quæstio XI.

An Angelus quandoque relinquat hominem?

VIdetur, quod ita: quia Damascenus lib. 2. fidei orthod. c. 3. dicit: cum Angeli hic sunt nobiscum, non sunt in cœlo: sed quandoque sunt in cœlo, ergo tunc non sunt nobiscum. Item Isaiae 5. v. 5. de judaico populo sub figura vineæ dicitur: *aufferam sepem ejus, & erit in direptionem*, id est secundum glossam, *aufferam illi Angelorum custodiam*. & Hieremias 5. v. 19. ex persona ipsorum Angelorum dicitur: *Curavimus Babylonem, & non est sanata, dereliquamus ergo eam*. Item Angelorum custodia est voluntaria, ergo possunt hominem relinquere. Dico tamen, Angelos ab ortu Nativitatis usque ad mortem, nunquam hominem, quem custodiunt, ex integrō derelinquere. Ratio est, quia sic exigit divina bonitas, quæ nunquam hominem ex omni parte deserit, ut ejus curam penitus abiciat: quod tamen esset, si illi Angelum Custodem afferret, quæ custodia inter beneficia, bonis & malis communia numeratur. Relinquit tamen Angelus quandoque hominem ob ejus demerita, vel occulta Dei judicia non quidem simpliciter, sed secundum quid, dum illum non promovet ad bonum, vel ab aliquo malo retrahit, & aliquid nocentium non prohibet. Sicut ergo Angeli mali nunquam cessant ab homine infestando juxta illud Petri 5. v. 8. *Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem devoret*. Sic etiam Angeli, utpote propenfiores ad adjuvandum hominem, illum nunquam deterunt. Ad instantias superius allatas dico: Angelum quandoque hominem derelinquere loco, non tamen derelinquere quoad custodiæ effectum: quia etiam cum in cœlo est, cogoscit, quid circa hominem agatur, vel sine mora adesse potest. Vel etiam dici potest, quod sit alio modo præsens quoad effectum, quando in homine relinquit bonam dispositionem

ad resistendum malo, & taliter est quasi virtualiter præsens. Eodem modo respond. ad reliqua: Angelum hominem derelinquere secundūm quid, quatenū non impedit ex certo fine, quin aliquid adversi patiatur, aut in aliqua graviora peccata propter priora incidat.

Quæstio XII.

An Angeli doleant de damnatione hominum, quos custodiunt?

Sancti Patres non raro docent, Angelos tristari, si homo labatur in peccatum, quantò magis tristabuntur, si damnatur? Non esse absolute excluden ad tristitiam ab Angelis insinuat *Isaias c. 33. v. 7.* dicendo: *Angeli pacis amarè flebunt.* Ratio etiam suffragatur, quantò quis aliquid amat, & desiderat, tantò magis dolet, & tristatur, si illud, quod amat, non assequatur, sed Angelii intime amant, & desiderant salutem hominum, ergo si eam ammittunt, & damnantur, tristantur. Dico tamen non dolere: quia tristitia est poena peccati, in Angelis autem non est, nec fuit, nec erit peccatum. Præterea Angelii sunt felicissimi, vident etiam sine intermissione faciem Dei, cum qua visione non est possibilis tristitia. Tandem Angelii sunt perfectissimè conformati voluntati divinæ, inde si homo damnatur non est contra voluntatem eorum, dummodo voluntas divina sic voluerit habere, & statuerit hos vel illos esse damnundos: tristitia autem debet provenire ab aliquo, quod est contra voluntatem, ergo cum non sit damnatio hominum contra voluntatem Angelorum formaliter loquendo, Angelii de ea non tristantur. Respond. ergo ad supra dicta: si Angelii dicuntur tristari, loquuntur moraliter & humano modo ad explicandum promptitudinem, & voluntatem eorum, quam habent, ut homines salutem consequantur: quia tamen extremè conformati sunt divinæ voluntati, nequeunt tristari, sicut

Deus ab æterno ordinans damnationem non tristatur, sic nec illi, utpotè Deo conformes non tristantur. Ad textum Isaiæ. per Angelos litteraliter debent intelligi nuntij Ezechiæ, Allegoricè de Apostolis, tripologicè de Religiosis, & animabus pijs, nequaquam verò de veris Angelis, nisi textus metaphoricè sumatur. Ratio subjuncta vera est, si amor & desiderium rei amissæ non subordinetur voluntati divinæ, secùs si subordinatur, prout de Angelis dictum est.

Quæstio XIII.

An Angelus certò cognoscat per vires suæ naturæ futura contingentia & libera?

Astrologitent, quòd Angelus ex viribus suæ naturæ certò cognoscat futura contingentia; cùm alias multa ex astrorum dispositione prædicti possint. Job 37. dicitur: *in manu omnium hominum signat, ut noverint Angeli opera sua.* Juxta S. P. August. lib. 12. super Gen. cap. 13. Animæ separatae futura prævident. Ergo multò magis cognoscunt Angelii futura contingentia. Nónne Angelii mali multa futura prænunciant, quæ suo tempore reverè eveniunt? & hoc testatur ipse met S. P. August. lib. de divinit. Dom. c. 6. Respond. Angelos per vires suæ naturæ certò non cognoscere futura contingentia & libera. Velenim illa cognoscerent in se ipsis, vel in suis causis? non in se ipsis, cùm non existant interiorum natura: nec in suis causis, quia causæ non sunt determinatae in se ipsis ad eorum productionem, sed manent indifferentes ad producendum, vel non producendum. Præterea non sunt in mensura cognitionis Angelicæ, quæ cognoscit alia à se, hæc mensurantur tempore successivo, quod attingit tantum præsentia, nec sunt in mensura ipsius Angelii, scilicet ævo, quod alias temporis differentias in se non complectitur, sed hæc prærogativa, & eminentialis contingentia solum competit æternitati: ergo futura contingentia

non potest certò cognoscere. Angelus itaque ut pars principalis universi habet in se modo intelligibili omnia, quæ actu pertinent ad hoc universum: cognoscere tamen potest futura contingentia per species à Deo specialiter infusas, maximè quia hoc conceditur animæ Christi. Ex astris possunt futura prædicti, si sunt naturalia, non verò si sunt libera. Job. intelligit per *manum* rationem, & virtutem operandi, qua pro diversis temporibus possunt sua opera distribuere. Ad auth. S. P. August. dicendum: Animas humanas aliqua futura prævidere ex secreta Dei revelatione, & influentia cœlesti, ad quod concurrit propria earum subtilitas: Dæmones prænuntiant futura contingenter, & conjecturaliter, inde non est mirum, quod hæc ita aliquando contingant, ut prænuntiata sunt.

Quæstio XIV.

An Angelii boni possint nocere?

Ratio dubitandi oritur ex eo, nam Angelii sunt in ministerium hominum missi, ut procurent eorum bonum. ergò non possunt nocere: vel si nocent, non amplius boni sed mali sunt. Unde Martinus Deliro lib. 2. de *Magia* quæst. 11. illos quatuor Angelos (qui super quatuor Angelos terræ tenuerunt ventos, ut habetur cap. 7. *Apocalypsis*) genios Alastores, id est truces & fævos Dæmones appellat. Verius tamen dicendum, etiam Angelos bonos posse nocere. Nam Angelii, qui incendebant Sodomam tanquam vindices Dei, erant boni: plurimæ itidem plagæ orbi imminettur per Angelos bonos in fine mundi. Deus vectus Curru Cherubico, ut videre est *Ezechiel* 1. Stipatus quatuor Cherubinis utique bonis pergit ad excindendum Jerusalēm. Ad rationes facile respondetur: non omnis, qui infert malum est malus, imprimis si id faciat ex ordinatione superiori, & divina, quod potissimum sit, quando creatura assumitur ut instrumen-

tum executivum divinæ justitiae, prout non nunquam Angeli assumuntur. Unde inferre malum physicum subinde bonum est, & illud bonus inferre potest, et si bonus nequeat esse, si malum morale, id est, peccatum infert.

Quæstio XV.

An Angelī boni aliquando à se mutuò dissentiant?

Angeli se invicem amant, & sunt summè inter se & in Deo colligati, unanimes & concordes, ut dicitur Job. 25. 2. *qui facit concordiam in sublimibus,* Hinc videtur, quod inter se nunquam dissidere possint. Dico tamen, quod Angeliboni aliquando à se mutuò dissentiant in quibusdam rebus, in quibus Deus necdum suam patefecit voluntatem, & sic sibi contraria velle possunt non absolute & efficaciter, sed conditionatè, si videlicet id, quod ipsi optant, Deo placuerit. Sic Angelus Gabriel pro suis Judæis orabat, ut omnes è Babylone in Patriam reduceret, ne Babyloniorum Idolatria & vitijs inficerentur; è contrario Angelus Persarum ei restituit orans, ut Deus aliquos ex Judæis in Babylone relinqueret ad Babyloniorum & Persarum Conversionem. Unde dicitur Danielis (*Princeps* id est Angelus Regni Persarum *restituit mibi*, hæc autem pugna Gabrielis cum Angelo Persarum peracta est non digladiando, sed Deum ardenter orando contra vota alterius, ejusque rationes solvendo, susque propugnando.

Quæstio XVI.

An Angelī verum Corpus assumant?

VIdetur quod sic, Abraham enim tres Angelos hospitio recepit, & diversa corporis munia exercuerunt, ut est lavare pedes, & manducare. Item Dæmones assumunt corpora mortua, ea movent, ac si essent viva. Angeli se in locione pedum permiserunt ab Abraham palpari. Item Angeli manum Lot apprehenderunt, cùm cum eduxerunt ex Sodomis

domis. **Q.** Angelos non posse sibi unire aliquod corpus substantialiter, sive unione hypostatica, quia hoc solius est divinæ virtutis: & quamvis Angeli possint verè incarnari, sicut potuisse fieri, si Deus voluisset, genus humanum per illos redimere, sed id divina, non autem propria virtute factum tuisset. Possunt autem corpora assumere, ea sibi accidentaliter uniendo, eaque movere, ac si essent viva. Unde quando Spiritus malignus Deo permittente obsidet hominem, tunc non sibi unit corpus substantialiter, sed solum accidentaliter, quatenus ibi est in loco effectivè persuam operationem virtualiter transeuntem. Communiter tamen sibi effingunt corpus ex aëre admixtis aliquibus vaporibus, & crassioribus terræ exhalationibus, nec non obscurioribus, & lucidioribus atomis, & aëris partibus, quæ condensatae & distinctæ in partes figuram hominis referunt, ita ut veritas oculis discerni nequeat: Hinc disparentibus Angelis talia corpora mox in aërem resolvuntur.

Quæstio XVII.

An Angelii in corporibus assumptis verè manducent?

Affirmativam persuadere videtur S. P. August. dum dicit: *Corporibus glorificatis Sanctorum post resurrectionem utpote spiritualibus non potestas, sed egestas edendi ac bibendi afferetur.* Fides docet de ipso Salvatore, quod etiam post resurrectionem jam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum, ac potum cum discipulis sumperferit. Ergo Spiritus abolutè in carne assumpta manducare, ac bibere potest. Præterea Angelus Raphaël apud Tobiam, tres Angeli apud Abraham convivantes manducaverunt. Ergo. Dico Angelos talibus corporibus induitos reverè non mandueare, quia manducatio est actio vitalis, quâ anima cibum in ore vitaliter masticat. & ex ore in stomachum deducit, ubi fit secunda

cunda vitalis concoctio. Raphaël autem cùm non informaret vitaliter corpus assumptum, vitaliter in illud non trajecit cibum, sed tanquam in saccum mittebat, quem p̄d̄st in aërem unā cum corpore resolvebat. Ex his habes, quodd Angeli in talibus corporibus non exerceant veras actiones vitales, & animales, ut sunt videre, audire, sentire, loqui, quia ad hæc requiritur corpus vivum, & animatum: Angelus autem nequit corpus animare, sed tantum movere, ac ita imitari actiones corporis viventis, quodd non possint deprehendi esse falsæ. Talia corpora etiam non habent veram mollietatem, aut duritatem, sicut alia corpora, sed apparent tantummodo solida ex resistentia Angeli: quia hæc & similia accidentia proveniunt à corpore ut informato forma substantiali per modum actus secundi informantis.

Quæstio XVIII.

An Angeli in assumpto corpore coire possint cum fæminis?

Putant aliqui, id fieri posse, & factum suisse probant ex scriptura Gen. 6. 1. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Vbi S. P. Augustinus lib. 15. de civitate Dei cap. 22. & 23. dicit. ijdem (id est Filij Dei) dicti sunt Angeli, unde eos multi putant non homines suisse, sed Angelos. Unde dicunt ex borum concubitu non quasi homines generis nostri, sed gigantes suisse natos: Multi confirmant, silvanos & faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos sæpè extitisse mulieribus, & earum appetuisse, ac peregrinisse concubitum: & quosdam Dæmones, quos Dusios galli nuncupant, hanc assidue immunditiam, & tentare & efficere plures, talesque asseverant. ut negare impudentiae videatur. Hucusque Sanctus P. Augustinus. Propterea in actibus Apostolorum Angeli mali; dicuntur Spiritus immundi, utique quia hanc carnalem fæditatem aut appetunt,

aut efficiunt. Dicitur etiam Antichristum ex Dæmone pro-
gignendum, quod Hieron. *in cap. 16.* Isaiæ videtur confir-
mare, dum Dæmonem appellat Antichristi Patrem. S. Ber-
nardus Lib. 2. v. 6. Narrat mulierem quamdam in regione
Nonneti à quodam petulante Dæmone sex annis habito ejus
consensu, incredibili libidine vexatam esse, apparuerat enim
ei specie pulchri militis, & sæpè abutebatur invisibiliter. quæ
omnia videntur probare Angelos coire posse cum fæminis.
Dico cum S.P. Augustino loco superius citato: *non binc au-*
deo aliquid definire, utrum aliqui spiritus elemento aëreo corpo-
rati possint hanc pati libidinem, ut quomodo possunt sentienti-
bus fæminis, misceantur. Dei tamen Angelos sanctos nullo mo-
do illo tempore sic labi potuisse crediderim. Nec obest, ubi 2. Pet.
2. 4. dicitur: *si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed*
carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in judicio punien-
dos reservari: quia hic loquitur de illis, qui primùm apposta-
tantes à Deo cum Diabolo Principe suo ceciderunt. Probatur
assertum: nam Angeli sunt incorporei, ergo carent omni
motu libidinis, neque sensibilitas libidinis ab alio, quam à
corpore sensibili provenire potest. Ad supra dicta Relpon.
Angelos fuisse Dei homines nuncupatos, id est, qui Spiritu
Dei aguntur, prout de Joanne legimus: *Ecce mitto Angelum*
meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Falsum
etiam est, ex eis progenitos fuisse gigantes: quia ante & post
erant gigantes teste sacra pagina, *gigantes autem erant supra*
terram in diebus illis, postquam enim ingressi sunt filij Dei
ad filias hominum, illi erant gigantes à seculo homi-
nies nominati. Et postfuere gigantes. Audiatur August.
lib. 15. *de civitate Dei cap. 23.* Nonne cùm Romanæ ur-
bi, quod à Gothis factum est, appropinquaret excidium, Ro-
manæ fuit fæmina cum suo Patre, & sua Matre, quæ corpore quo-
dam modo giganteo longè cæteris præmineret? ad quam visen-
dam mirabilis fiebat usque quaque concursus. Quod adfertur
de

desilvanis, faunis admitto fecisse concubitus in corpore assumpto, & potuisse fæcundare fœminas, si prius Dæmon succubus aliunde semen humanum exceperit, quod deinde mulieris utero infudit incubus. Dicuntur autem Dæmones *Spiritus immundi*, non quia in se ipsis patiuntur libidinem, sed quia alios incitant ad libidinem. ad S. Hieronymum vero dico, Antichristum habiturum pro Patre Dæmonem, non quasi ex deciso à Dæmonie semine nascendus sit, sed quia in utero Matris Antichristi Dæmon humores sic attemperabit, ut ejus temperamentum & complexio fiat propensissima ad omnia vitia. Concludo ergo Angelos malos posse coire cum fœminis, absque quod in se patiantur libidinem, cujus sunt incapaces, utpote corporis expertes.

Quæstio XIX.

An Angeli mali extra infernum reperiantur?

Dæmonibus, quam bonis Angelis ratione suæ naturæ debetur cœlum Empyreū, qui locus est aptissimus contemplationi, quæ est prima & propria operatio naturæ Angelicæ. Quantum ad statum culpæ ipsis simpliciter debetur infernus, utpote horridus. Sed quia Angeli saltem per se secundò ordinati sunt in ministerium eorum, qui hæreditatem capiunt salutis. Neque hoc omnino per eorum peccatum debuit perire, quin suo modo nobis occasionaliter saltem proderent, unde dati sunt nobis in exercitium ad eum ipsum finem. Dico ergo cum SS. Patribus, quidocent, aërem hunc usque ad diem judicij plenum esse Dæmonibus, qui homines exerceant, ut boni probentur & perficiantur, mali indurentur, & cum Dæmonibus in die judicij ad communem damnationem in tartara detrudantur. Hæc sententia est S.P. Aug. tom. 8. psal. 148. v.7. *ad istum caliginosum, id est, ad hunc aërem tanquam ad carcerem damnatus diabolus de apparatu superiorum Angelorum lapsus cum Angelis suis.* In vita S.

K

Emme-

Emmerani lib. 2. narratur, tantam esse Dæmonum in aëre multitudinem, ut cuidam viro sancto revelatum sit, eos, si haberent corpora nostris æqualia, splendorem solis mortali- bus intercepturos. Ratio fundamentalis, cur non statim in infernum detrusi sint, sed in aëre circa nos remanere permis- si, quia Deus noluit, ut illis peccantibus eorum ratio tota- liter frustraretur, & idem dedit eos hominibus in exercitium, quo bonis saltem indirecētē præpararent coronam. Neque obstat, quod animæ damnatorum non permittantur circa nos permanere, sed immediatè ad infernum detrudantur, quia animæ ex natura sua non erant constitutæ, ut aliqua no- bis ex eis utilitas proveniret, benè tamen ad hunc finem fue- runt Angeli saltem per se secundariò creati. Manet ergo, Angelos malos in aëre usque ad extremum diem futuros: & idem Christus in aëre, id est in cruce à terra exaltatus passus est, ut aërem à Dæmonibus nos infestantibus purgaret.

Quæstio XX.

An Dæmones facere possint Miracula?

Multa mira Dæmon in suis Clientibus operatur, quæ si primo intuitu inspiciantur, hominem dent in stupor- rem necesse est. & quamvis nonnulli passim ordinarium operandi modum aspernentur, foeminæ tamen procliviores sunt ad mira patranda, inde ex natura sua curiosiores in præ- stigias declinant. Multa narrantur de Simone mago, qui ope Dæmonis effecit, ut statuæ ambularent, in ignem pro- filiens non combureretur, in aëra, quoties voluit, pernix evolavit, verbō, ad omnes formas ut columnæ &c. vertumnus erat. De Antichristo scribunt Authores, quod faciet ignem de cœlo descendere. Item addit *Sybilla lib. 3. oracul.* Si- stet mare, solem, lunam, & mortuos ad vitam resuscitabit: quæ omnia utique miracula sunt. Verum tamen concluso, Dæmonem non posse patrare miracula; quid est miracu- lum

lum? est illud, quod sit supra naturæ vires, quodque cœm-
nium cauſarum naturalium vim excedit: Dœmon autem
ex se non potest operari supra vires naturæ, cum sit virtutis
limitatæ, & naturalis, quæ ad supernaturalia nihil potest:
mira ac portentosa operari potest, cum sit naturæ virium
maximègnarus, sciātque optimè activa passivis applicare,
quæ quia hominibus incognita sunt, admirationem faciunt.
Unde aliqua naturaliter fieri possunt, quæ nobis primo in-
tuitu videntur miracula. v.g. facere ignem de cœlo descen-
dere, hoc potest facere Dœmon naturaliter, ut scimus eum
ciere fulmina, tonitrua, & tempestates, concitando vapo-
res, & nubes. Sin minus aliqua possunt causis naturalibus
tribui, talia præstigia erunt, quibus illudit hominibus:
Quare Methodius Episcopus & Martyr in suis revelationi-
bus loquitur de Antichristo: *Faciet multa signa, & prodigia*
sophistica, cæci respicient, claudi ambulabunt, surdi au-
dient, Dœmoniaci curabuntur, convertet solem in
tenebras, & lunam in sanguinem
apparenter.

O. A. M. D. G.

Labaci, Typis, Adami Friderici Reichardt, Inclytæ Prov. Carn. Typographi.



... quod omnes in hoc tempore debent esse obseruantur. Deinde non solum
in curia, sed etiam in domo, etiam in ceteris locis. Et tunc est
tempus, quando omnes qui sunt in civitate, etiam in aliis
temporibus, etiam in locis diversis, debet esse obseruantur.
Ceterum, tunc est tempus, quando omnes qui sunt in civitate,
etiam in locis diversis, debet esse obseruantur. Et tunc est
tempus, quando omnes qui sunt in civitate, etiam in aliis
temporibus, etiam in locis diversis, debet esse obseruantur.
Et tunc est tempus, quando omnes qui sunt in civitate, etiam in
aliis temporibus, etiam in locis diversis, debet esse obseruantur.
Tunc est tempus, quando omnes qui sunt in civitate, etiam in
aliis temporibus, etiam in locis diversis, debet esse obseruantur.
Tunc est tempus, quando omnes qui sunt in civitate, etiam in
aliis temporibus, etiam in locis diversis, debet esse obseruantur.
Tunc est tempus, quando omnes qui sunt in civitate, etiam in
aliis temporibus, etiam in locis diversis, debet esse obseruantur.

M G A M D G

